UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Admirandvm vindictae divinae theatrvm

Tympe, Matthäus

Monasterii Westphaliae, 1611

Astrologiæ abusus

urn:nbn:de:hbz:466:1-51314

Visual Library

ASTROLOGIAE SVPERSTITIO ſæ amatores puniuntur.

1. V. Nicetã Chron. li. 25. & 7.

IOANNES Galeacius dux Mediolanenſi
cum ei Aſtrologus quidam mortem imm
turam plane prædiceret, ſibiipſi vero lõga
vitam polliceretur, hominis ridens ſtolidi
tem, ſtatim ſtrangulari eum iuſſit.

2. In Ptolomæum de Aſtror. iud. lib. 1. tex. 14.

Cardanus memoriæ cõmendauit Ludo
uicum Sfortiam verſutum potius quam pru
dentẽ & perfidũ quàm æqui boniq; amantem
principem impendioſum quendã aſtrolog
artis imperitiſſimũ aluiſſe, in quẽ plus quam
centum auri magna talenta profuderit. Aſtro
logus pro tanta mercede tempus vnicuiq; ne
gotio inchoando præſcribebat, adeo ridicul
vt princeps cogeretur tempeſtatib⁹ maxim
equũ conſcendere, & cum aulico comitatu
ſtipatoribus alio migrare per medios imbre
per cœnũ & lutũ, non ſecus ac ſi hoſtiũ manu
fugeret. Tã felici euentu, vt, regno tandẽ à Ga
lorũ Rege ſpoliatus, captus, in carcerem cõp
ctus, colapho cęſus, in clathrata ferrea mortu
us fuerit, verum fortunę vtriuſq; ludibrium

3. Delrius lib. 4. diſq. mag. q. 1. ca. 3. vbi plura exempla.

Ioan. 21. Pont. Max. (qui ante Petrus Hiſpa
nus, auctor Summularum) Medicus, Philoſo
phus, Aſtrologus, ex ſtellarũ ſitu & poſitu
lõgam ſibi vitã in põtificatu pollicitus coram
familiaribus ſuis, quarto poſt menſe, pontifi
catus octauo, ſubito corruente teſtudine re
centis ædificij, Viterbij oppreſſus interijt, au
ctoribus Valerio & Stella in vitis Pontificum.

Qui-

Quidam ex aſtris prædixerat Anglorũ Regem Henricum eius nominis 7. eo anno periturũ. Res eſt ad Regem delata. accerſiuit hominem verbis honorificis, diſſimulãs quod reſcierat. Rex inter cętera percõtatur hominem, num ex aſtris certa prædici poſſint? aiebat: nũ ipſe eſſet eius artis peritus: annuebat, ſperans ſe tanto pluris habitũ iri à Rege. Tum Rex dic igitur mihi vbi tu futurus es his feſtis natalitijs, inſtabat enim natalis Domini, hærebat. Cũ vrgente Rege negaret ſe poſſe certũ prędicere, ergo, inquit Rex, ego ſum artis peritior quàm tu, nã ſcio te futurum in turri: ſic enim vocant locum munitum Londino imminentem in quo ſeruantur quos volunt eſſe in tuto, ſimulq; innuit vt duceretur. illic vbi ſatis refrixerat diuinandi calor cum riſu dimiſſus eſt Eraſ. de Lingua.

DE AVARIS QVI GRAVISS. DEO pœnas dederunt.

ANNO Chr. 1066. (teſte Lamberto eius temporis ſcriptore) Reginherus Miſnenſis Epiſcopus poſt refectionem in cubiculum, vbi theſauros ſuos, quorũ nimis amator erat, nullo cõſcio infoderat, quaſi paululũ requieſcere volens ſeſe incluſit: cumq; iã die vergente in veſperã pręter modũ conſuetudinemq; ſuã ſõno indulgere videretur, rẽ inſolitã mirãtes cubicularij pulſare oſtium cœperunt, ſed nec pulſantibus nec vociferãtibus vllum dabatur

1. Deus iuſt' iudex pro cuiuſq; vitæ meritis ſtipẽdia digna perſoluit. Terribilis in conſilijs ſuper filios hominũ.

 reſpon-